

Resp. 2. Peccatur contra fortitudinem per excessum & defectum timoris, & audendi: unde quatuor sunt vitia ei opposita. 1. Timiditas seu timor indiditatus, cum timetur quod, vel quando non oportet, vel plus quam oportet. 2. Animi stupiditas, qui est defectus timoris rationalis, ut cum quis mala sine periculo non formidat nec caret quae, vel quando, vel quantum oportet formidare & cavere. 3. Audacia seu temeritas, que est excessus in audendo vel aggrediendo, quando, ubi, quomodo non oportet. 4. Ignavia, que est defectus audendi, ut cum quis non aggreditur, vel non sufficit quod, & quando, & sicut recta ratio dicitur. *Quæst. II. Quænam sunt virtutes Fortitudinis annexæ, & vitia his opposita?*

Resp. Sunt quinque ejusmodi virtutes, nimirum 1. Magnanimitas, que est virtus ad contemptum rerum caducarum, & ad opera magna ac heroica qua talia in omni virtutum genere inclinans. Quare licet versetur circa opera ardua aliarum virtutum, que est tamen specialis virtus, quia ad illa inclinatur ex motivo proximo sibi proprio, nempe quia sunt magna & ardua, hoc est, contentanea animo magno, & generoso, ad maximam dignitatem, perfectionem, ad amicitiam ac filiationem Dei, beatitudinemque destinata, & magnis gratia præsidii instructa.

Ei per excessum opponitur præsumptio, ambitio, & vana gloria, de quibus dixit in tractatu de Peccatis. Per defectum vero pusillanimitas, que est vitium, quo quis ex animi parvitate, nimique abiectione recusat tendere in id quod est sua potentia proportionatum, detestaturque officium, vel res magnas, quibus gerendis aptus est cum auxilio Dei, suæque auctoritatem, dignitatem, & privilegia negligit; cum id necessarium vel utile est ad Dei honorem, ut aliorum utilitatem. Est morale vel veniale peccatum, prout sub mortali, vel veniali tenetur suscipere id quod detrahit, vel tueri id quod negligit.

II. Humilitas est virtus, que vera nostri cognitione amplius excellenter proprie secundum rectam rationem & Dei voluntatem moderatur, ne inordinate extollatur, & inclinatur ad utilitatem nostram ac subiectionem erga Deum adibus interius & externis agnoscendam ac profitendam, atque omnem gloriam ac honorem Deo ut bonorum omnium auctori tribuendum.

Ejus actus præcipui sunt, 1. Agnoscere se ex seipso nihil esse, nihilque, sed omnia accepta a Deo, immo se esse peccatorem, adeoque supplicis & omni contemptu dignum. 2. Nihil sibi adscribere, sed seipsum continere, omnem honorem, gloriam ac laudem Deo ut bonorum omnium au-

(a) Necessitatem, ac summam hujus virtutis efficaciam alia Sacre Scriptura loca ostendunt, nempe Matth. cap. 23. v. 23. Luc. cap. 14. v. 11. Petri. c. 5. v. 5. Jac. c. 4. v. 6. Eccl. c. 3. v. 20. c. 35. v. 21. &c. que transcribere non censuimus. Ceterum de hac virtute tractavit in præclaro suo Opere *Tractamentum Spirituum* piissimus P. Alphonsus Rodriguez, nec non passim P. Paulus Segneri in libro quem scripsit *Manna dell' Anima*, aliique plures.

tori attribuire. 3. Neminem contemnere, nemini velle præponi, sed omnes sibi animo præferre, considerando aliorum perfectiones ac virtutes, sua vero vita & peccata, juxta illud Psal. 1. *In humilitate superiores sibi innotem exhibentibus.* 4. Subjicere se in omnibus Deo, & superiorem ut Dei Ministris propter Deum. 5. Laudes & honores, quantum recta ratio permittit, ferere, ea propter se nunquam querere, nec parvis delectari. 6. Contemptus, contumelias, & humiliationes quo animo propter Deum exemplo Christi ferre, immo & diligere. 7. In rebus externis & functionibus, quantum in se est, amplecti semper id quod est abjectius & minus honoratum, habitata tamen ratione decoris, dignitatis, & officii.

Humilitas est virtus præstantissima, virtutum procreatrix, & radix summa ac æterna glorie, juxta illud Christi, *Qui se humiliat, exaltabitur*, Luc. 14. & 18. eique necessaria ad salutem, immo est fundamentum aliarum virtutum, sicut superbia est radix omnis peccati. (a) Est opponitur non solum superbia, sed etiam inordinata vis subjectio, que fit cum injuria aut neglectu muneris proprii, aut jactura status vel, vel damno eorum, quibus prodesse debes, ut si pater infra filium, superior intra subditum, exterius se abijciat; nam humilitas inclinatur ad sui abiectionem, juxta rectam rationem, & ut decet. Unde illud Eccl. 9. *Est qui se nimium submittit.*

III. Magnificencia, que est virtus inclinans ad magna opera externa magis sumptibus efficienda, quando recta ratio dicitur, & præcipue ad ea que pertinent ad honorem Dei. Differt a liberalitate, quod hæc circa sumptus meliores, & ordinarios, illa circa majores versetur. Est opponitur per excessum profusio, qua quis majores sumptus facit quam ratio dicitur. Est moralis ratione gravis damni proximo illati, ut si propterea debita non solvas, elemosinas omittas &c. Per defectum vero parvifictia, qua quis, pre nimia angustia, opus magnum sumptus requirens non aude suscipere quando oportet, vel suscipere relinquit, vel non decore perficit. Est mortalis, si gravior quis ad opus magnum teneatur, v. gr. ex voto, promissione &c.

IV. Patientia, qua in rebus adversis meror temperatur, & mala presentia æquo animo tolerantur. Est maxima virtus & valde necessaria. *Patientia opus perfectum habet, ut sitis perfecti & integri, & in nullo deficientes.* Jac. 1. *Patientia vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionem*, ad Hebr. 1. (b) Opponitur per excessum impatientia, qua quis plus justo de malis dolet. Potest esse mortalis ratione scandalii, vel mali, quod

(b) His adde multa alia Sacre Scripturæ loca, que efficaciam argumenta ad demonstrandum hujus virtutis necessitatem præbent. Lucas enim cap. 21. v. 19. ait, *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* D. Paulus in epist. ad Romanos c. 5. v. 3. & 4. *Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem; & ad Hebræos: Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes*

quod quis ex impatientia facit, operative, vel præceptivè violat. Per defectum insensibilitas seu animi durities, cum quis ob animi stuporem nec propter, nec alienis malis movetur.

V. Perseverantia, seu constantia, que inclinatur & firmatur ad persistendum in opere bono, non obstante molestia ac difficultate quantumvis diuturna, quamvis recta ratio dicitur. Est opponitur per excessum pertinacia, qua quis proprium sensum, vel agendi propositum retinet quando non oportet, vel plus quam oportet & per defectum inconstantia in agendo, qua quis sine justa causa a bono proposito desistit. Utraque est mortalis vel venialis pro subjecta materia, sed prope gravis, vel levis obligatio violatur, est autem semper veniale sine justa causa propositum bonum mutare, vel ab eo benecepto desistere in re non precepta, quia inordinatum est & contra rectam rationem, & secundario ad non nimium in se sperandum, & sic de aliis.

Nota. Per se loquendo, gravius peccatur contra aliquam virtutem per defectum, quam per excessum: sic gravius est superbia, quam nimia abiectione; desperatio, quam præsumptio. Quia peccata per defectum sunt contra id, ad quod primario ac principaliter virtus inclinatur. Sic spes primario inclinatur ad sperandum in Deum, & secundario ad non nimium in se sperandum, & sic de aliis.

CAPUT III.

De Temperantia, & Virtutibus ei annexis?

Quæst. I. Quid est Temperantia?

Resp. Temperantia late sumpta est virtus, que secundum rectam rationem & legem divinam operationes, & passionibus humanas moderatur. Sive est virtus refræntans animi affectus, qui ipsum contra rectam rationem alliciunt, illoque moderans secundum rectam rationem ac legem divinam. *Temperantia est ratio in libertatem, & in alios non rectos impetus animi, firma & moderata domatio*, ait S. August. lib. 83. qu. 31. Sed sic sumpta non est virtus specialis, nam id præstat omnis virtus moralis in sua materia: Justitia enim, v. gr. affectum a furtis & injuriis averit.

Temperantia stricte sumpta est virtus, que secundum rectam rationem ac legem divinam moderatur appetitum & usum rerum, que delectationem sensuum, præsertim gustus, tactus pariunt, qualia sunt esculentia, poculenta, & venerea. Hinc tres sunt temperantie species, nempe abstinentia, sobrietas, & castitas.

Abstinentia est virtus, que secundum rectam rationem moderatur appetitum & usum ciborum oblectantium, atque etiam potationis non inebriantis.

Sobrietas est virtus, que appetitum & usum potationis vim inebriandi habentis moderatur secundum rectam rationem. Supple semper & legem divinam: nam quicquid est contra rectam rationem, est etiam

reportetis promissionem. Item Divus Jacobus epist. cap. 1. v. 3. & 4. *Scientes quod probatio fidei vera patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti, & integri, in nullo deficientes &c.*

Antoine T. beol. Moral. Tom. II. P. I.

iam contra legem Dei, cum recta ratio sit inimica legis divinæ æternæ.

Regula autem ac mensura cibi, potus, & somni sumenda est ex fine proximo, ad quem ista per se referuntur, qui est bona corporis valetudo, & idonea mentis ad suas functiones obsequandas dispositio, seu habitudo, ad Dei gloriam ultimata ordinata: nam finis est mensura rerum, que sunt ad finem. *Habet vir temperans in hujusmodi rebus moralibus, & stantibus viis regulam atque telamen firmam, ut eorum nihil diligit, nihil per se appetendum putet; sed ad viis hujus atque illius necessitatem, quantum fas est, usquep tendit, nihil in amantibus affectu, ait S. August. lib. de moribus Eccl. c. 24. Per necessitatem intelligi non solum absolute ac physicam, sed etiam moralem. Non enim illud solum dicitur necessarium viæ humanæ ejusque officii, sine quo absolute vivere aut ea officia omnino obire non potes; sed etiam id sine quo hoc non potes commode & convenienter tuo statui, spectasti quoad qualiter tibi & potus circumstantiis status, conditionis, officii, opulentia, loci, personarum quibuscumque visis, & negotiorum occurrence. Igitur ad temperantiam spectat nec plus, nec minus cibi, potus & somni fivere, quam ad bonam corporis valetudinem, & vires, ad munita sua recte obeunda regularitas, & aptaque mentis ad suas functiones dispositionem expedit: cum hoc discernere, quod major quantitas sit illicita; minor autem subinde sumere ob justam & graviozem causam, quam sit robusta valetudo corporis, v. gr. ob carnis mortificationem, vel satisfactionem pro peccatis, sit laudabile, etiam vires corporis imminuantur; modo tamen valetudo non nimis frangatur, nec mens reddatur ad suas functiones ineptior, ita ut homo semper valeat recte præstitare ea, ad que tenetur. Ea quæpius bona est corporis valetudo, que optime mentis & animæ salutis servit: nam corporis est, ut anima serviat ad suas functiones, que omnes ad Dei gloriam & salutem nostram referri debent. Hac autem abstinentia major, quam ratio temperantie per se exigit, pertinet ad aliam virtutem, ex cuius affectu servatur, v. gr. castitatem, continentiam &c.*

Castitas est virtus, que cohibet, vel moderatur appetitum & usum venerorum ac delectationis venereæ secundum rectam rationem & legem divinam. De qua Paulus 1. Cor. 7. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus.* Et 1. ad Timot. 2. *Quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.* Pudicitia autem vel est eadem virtus que castitas, vel ejus pars integralis cohibens oscula, amplexus, aspectus, & tactus impudicos, eorumque delectationem.

Triplex est castitas, nempe virginalis, conjugalis, & vidualis. Prima est voluntas constans & efficaci abstinenti tota vita ab omni prolis actione & delectatione renata. Secunda est voluntas constans & efficaci abstinenti ab omni actione, & delectatione venerea cum non conjugæ, & ea utendi cum conjugæ semper juxta recte rationis & legis divinæ regulam.

lam. Tertia est propositum abstinendi impositum propter Deum ab omni actione & delectatione venerea percepta in conjugio.

Abstinens opponitur gula stricte sumpta, sobrietate ebrietas, & castitas luxuria, de quibus dixi in Tractatu de peccatis.

Quest. II. An licet agere ob voluptatem seu delectationem moderatam & per se licitam, tanquam propter se appetere?

Resp. Neg. Quia .1. Omnis actus, qui non est bonus saltem ratione finis, hoc ipso malus est, ut docet S. August. lib. 4. contra Julian. cap. 3. Cum facit homo aliquid ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare convincitur; idque satis indicat Christus Mart. 23. dum ait: Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii, utique tanquam de peccato. (*) Ergo omne opus otiosum moraliter est malum, aequae ac verbum otiosum, cum sit eadem ratio, & species ibi ponitur pro genere. At omnis actus, qui non est bonus, est saltem otiosus moraliter, seu in ordine ad mores: ergo malus est. Jam vero actus non est bonus, nisi habeat finem honestum; hoc est, consentaneum naturae rationali & legi divinae. 2. Homo deliberat agens tenetur ferre agere propter finem proportionatum, seu consentaneum naturae rationali quatenus naturalis est, ideoque propter finem honestum; tenetur enim semper agere modo proportionato, seu consentaneo naturae rationali, quatenus rationalis est, alioquin sciens ac volens deficere a conditione sua & a dignitate praestantia, quia brutis excellit: seque ipsum deprimat ad modum agendi brutalem. Non potest autem agere modo proportionato naturae rationali; quia rationalis est, nisi agendo propter finem consentaneum naturae rationali, quatenus rationalis est. 3. Agens ob delectationem agit inordinate & contra rectam rationem: nam pervertit rerum ordinem a Deo auctore naturae institutum, secundum quem delectatio ex natura sua est propter operationem, non autem operationi propter delectationem, ut agnovit Aristoteles; Bonum delectabile, inquit, cum sit inferius bono, ordinatur per se ad illud & docet S. Th. 1. 2. q. 4. art. 2. ad 2. Divinus intellectus, qui est institutor naturae, delectatione apposuit propter operationem: ut scilicet facilius, promptius, melius, & constantius efficiatur. Itaque delectatio moderata potest quidem percipi, & appeti ut medium, sed non ut finis; cum inordinatum sit, vel se sittere in eo tanquam sine actione, quod Deus instituit solum ut medium ad actionem melius, promptius, & constantius faciendam. 4. Innocent. XI. damnavit has propositiones. 8. Comedere & bibere usque ad saturationem ob solam voluptatem, non est peccatum modo non obicit valetudini: quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui, hoc est, sittere in delectatione actuum tanquam in fine obtento. 9. Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum omnipunitus caret culpa, ac deest venialiter.

Hinc manducare etiam moderate, audire musicam, odorari florem, & similia oblectamenta capere ob solam delectationem, per se loquendo est venialis culpa.

(*) Utiqueque venialis.

Quest. III. Quanam sunt virtutes temperantiae annexae?

Resp. Sex: Mansuetudo, Clementia, Studiositas, Modestia, Eutrapelia, & Circumspectio.

I. Mansuetudo est virtus, quae iram moderatur iuxta rectam rationem scire, ut non irascatur, nisi quando, quantum, cui, & quomodo oportet. De qua Apostolus, ad Tit. 3. Admonet illos: non in blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem offendentes mansuetudinem ad omnes homines.

Ei opponitur per excessum iracundia, de qua alibi; per defectum vero nimia dissimulatio, cum nempe ex ira defectu mala impunita manent, nec quis irascitur ubi, quando, quantum & quibus oportet, ut iustitia fervetur, vitia corrigantur, scandalum tollatur &c. Est mortalis ex genere suo, cum repugnet caritati, vel iustitiae.

II. Clementia est virtus, qua superior ex animi lenitate inclinatur ad peccata debita mitigandam, vel remittendam, quantum patitur reuera ratio, iustitia, disciplinae bonum, Reip. salus, & edificatio publica.

Ei opponitur per excessum crudelitas, qua quis ex animi austeritate propensius est ad exigendam poenam ultra meritum culpe. Est ex genere suo mortalis, cum repugnet caritati & iustitiae. Per defectum vero nimia lenitas, qua quis poenam remittit aut mitigat, ubi severitate utendum reuera ratio dicitur, ad delinquentem emendandum, servandum disciplinam &c. Est culpa gravis vel levis, pro ratione damni, vel scandalii, quod ex ea provenit.

III. Studiositas est virtus, quae secundum rectam rationem moderatur appetitum sciendi, & ipsum studium, ut ut quis ea solum velit scire, quae ipsius conditioni & capacitati conveniunt, & studet ea diligentia qua oportet iis rebus, quibus oportet, ex debito sine (Vid. N. 101.), & in debitis circumstantiis loci & temporis. Unde ejus est, refrenare affectum inordinatum cognoscendi, moderari studium, incitare ad diligenter addiscendum res necessarias & convenientes.

Ei opponitur per excessum curiositas, quae est inordinatus appetitus cognoscendi. Est autem inordinatus vel ex parte objecti, & tunc definitur: Appetitio vel cura superflua cognoscendi ea, quae ad se non pertinent, sive quae nec ad proprium, nec ad proximi utilitatem, nec ad Dei honorem conducunt. Vel ex parte modi, ut si ea, quae ad se spectant, velis addicere tempore non congruente, vel laboribus immodicis, & corpori vel menti noxiis.

Curiositas est mortalis. 1. Ratione objecti prohibiti, v. gr. si legas libros ab Ecclesia aut Superioribus prohibitos, aut velis scire ea, quae dicuntur in confessione &c. 2. Ratione modi, si audeatur graviter illicitum, ut superfluitatem &c. vel ratione finis immorales mali. 3. Ratione periculi peccandi mortalis, ut si legas libros contra fidem aut bonos mores &c. 4. Si per studium minus utile homo impediatur ab addiscendis iis, quae scire tenetur. 5. Ratione nocentium seu damni, ut si ob immoderatum studium valetudo graviter laedatur. 6. Si quis ab alio scire vult, quod sub mortali revelare nequit. 7. Ratione injuriae gravis, ut si quis litteras alterius

terius

terius clausis sine consensu ejus, a quo, vel ad quem scribantur, saltem prudenter praesumptio, aperit & legit: nam tunc violatur jus, quod quisque habet, ne arcana consilia & negotia litteris commissa, sine ejus consensu cognoscantur. Ita Navarrus, Tolerus, Layman, & alii. Unde est morale contra justitiam, litteras alienas legere, quando continent secreta magis momenti, vel ea, quae multum expedit non innotescere, vel quae multum contra clarum is, a quo, vel ad quem scribuntur, vel quando timeri potest inde secutura aliqua infamia vel aliud damnum grave. Cum autem id omne ante aperitionem ignoratur, ideo litterarum alienarum periculo lectio quae ordinare moralis est ob morale periculum laedendi jus secreti in re gravi. Id etiam est contra fidem publicam, cui fingilia litterarum credita intelliguntur.

Multi docent esse solum veniale litteras a domino dilaceratas & in publicum profeas ex sola curiositate colligere, justitiaeque partibus legere; quia tunc habentur pro delictis. Sed hoc alii negant, quia dominus laedere satis ostendit se non delinquere jus, quod habet ad secretum litterarum. Imprudenter quidem agit, partes laeceras in publicum projiciendo, sed imprudencia alicujus non privat illum jure suo.

Item peccat contra justitiam, qui alterius scripta ipso invito legit, & quidem moraliter, si fiat cum gravi damno, vel alter valde cupiat esse secreta, graviterque sit laesus: excipe, nisi constaret scripta pergere in damnum injulium communicatis, vel etiam privati, nemo enim habet jus ad medium injulium. Possum quoque litteras aperiri auctoritate publica, nempe Principe, Magistratus, cum id exigat bonum commune, cui iura privatorum laborantur. Sed ii, qui secreta legerint, tenentur celare. Patres habent etiam jus aperienda litteras liberorum curae sine subjectione.

Curiositas autem, qua non laeditur graviter caritas, nec justitia, est per se solum venialis, scilicet periculo peccandi peccandi, vel prohibitione gravi, quia non est per se magna inordinatio, quod quis plus aequo appetat cognoscere rerum sibi non necessarium aut utilem: vel praesic id quod ad se non pertinet, cognoscere velit sine gravi injuria alterius, aut supervacanea in eo curam ponat, modo necessaria non negligat.

Per defectum adversatur studiositati negligentia, quae est voluntaria omisso studii vel inquisitionis ad discendum, quae quisque scire vel dicere tenetur. Et quae peccatum grave vel leve pro gravitate vel levitate rei, quae scire debet, spectato ejus finis. Hinc gravis negligentia discendi obligationis suas, sive proprias sui muneris sui officii est semper mortalis. (Vid. N. 113.)

IV. Modestia duplex est: una est modestia motuum externorum, quae motus & gestus corporis externos moderatur secundum rectam rationem, prout congruens est personae spectatae tum in se, tum in ordine ad eos quibuscumque versatur, & ad locum, tempus, statum &c. Hoc est enim pulchritudinem servandi tenere, convenientiam cuique sexus & personae reddere, ait S. Ambr. lib. 2. de officiis cap. 9.

Ei opponitur per excessum penitentia & insolentia, quae non servatur decorum in voce, gestu, & aliis motibus externis corporis; ut si quis vocem ni-

mium attollat, gestus aut gressus insultulos habeat, si Religiosus mores aulicos sectetur &c. Per defectum morum ruditas, vel rusticitas.

Altera est modestia cultus, seu parcatas, quae in cultu ornatuque corporis & apparatu rerum externarum, domus, suppellectilis, conviviorum &c. servatur mediocritas, & congruitas ad personam, facultates, statum, conditionem, approbata consuetudinem, & ad tempus, locum &c. Contra hanc peccatur. 1. Per luxum, excedendo modum consuetum & convenientem conditioni ac facultati personae in vestibus, convivii, suppellectili &c. Item assumendo vestem alterius sexus. Cultus exterior (inquit S. Th. 1. 2. q. 195. art. 2. ad 3.) debet competere conditioni personae secundum communem consuetudinem. Et ideo de se vitiosus est, quod mulier utatur veste virili, aut e converso; & praecipue quia hoc potest esse causa lasciviae, & precipue licet prohibetur in lege. Postquam tamen quoad hoc fieri sine peccato propter aliquam necessitatem, vel causam se occultantibus ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti, vel propter aliud aliud ususmodi. 2. Ratione affectus inordinati, quod nimium studium in hujusmodi rebus ponitur, ut saepe faciunt feminae, multum temporis tam pretiosi in se ornandis collocantibus. 3. Per defectum, & dicitur sordiditas, quae non servat decorem in cultu corporis, & rerum situarum.

Porro peccata contra utramque modestiam interdum sunt mortalia, scilicet ratione scandalii, dampni, pravi finis &c. Sic excessus in ornatu & apparatu exteriori est mortalis ratione affectus, si sit causa non solvendi debita, non dandi elemosinas necessarias, non collocandi liberos in statu convenienti, vel alia non praestandi ad quae quis tenetur vel ratione affectus graviter immoderati, ut si propter ornatum aliquid sit paratus peccare mortaliter: vel ratione scandalii, quod saepe dicit mulieres in modo (Vid. N. 23. 140.) se exornandi, qui ad luxuriam allicitat intuentes, ut severa allicitant multorum reatus sinus, ceteraque corporis nuditates, ut docet S. Carolus in instruct. confessar.

Quod ad larvas & personatus attinet, haec propter immoderatum, & nimiam mentis divagationem sunt peccata venialia; & mortalia vero si in talibus circumstantiis adhibeantur, ut ad libidinem incitent, vel libidini praebant occasionem, ut sepe contingit.

Sed an mulieres peccant, si se ornent ad placendum viris?

Sic respondit S. Th. 1. 2. q. 197. art. 2. Si mulier conjugata ad hoc se ornent ut viro suo placeat, potest hoc facere absque peccato. Illae autem mulieres, quae viros non habent, nec volunt habere, & sunt in statu non habendi, non possunt absque peccato appetere placere virorum aspectibus ad concupiscendum, quia hoc est dare eis incentivum peccandi. Et si quidem hac intentione se ornent, ut alios provocent ad concupiscendum, mortaliter peccant. Si autem ex quadam levitate, vel etiam ex quadam vanitate propter instantiam quamdam, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale. Et eadem ratio quantum ad hoc est de viris. Et ad 2. ait: Mulierum fucatio est quadam species fornicationis, quae non potest esse peccatum mortale. Semper tamen talis fucatio est cum peccato mortali.

R 2

115

Ita sed solum quando fit propter lasciviam, vel in Dei contemptum.

V. Extraneitas seu iacunditas est virtus, que inclinat ad servandum modum ac deservit in dicitis & factis ludicris ad animi recreationem institutis.

Contra illam peccatur per excessum. 1. Ratione objecti, si immodeſtate, petulantia, contumeliosa, injuriosum, obſcenum, periculofum, vel prohibitu jocoſi jocandi arcu Indendi gausuſurpetur. 2. Ratione circumſtantiarum, si genus ludendi vel jocandi aliquo licitum exccantur in loco, vel tempore in debito, modo indocendo, nimis diu, vel contra dignitatem personae illud usurpant, vel ejus coram quo usurpatur. 3. Ratione immedii affectus. Cavendum etiam ne dum relaxare animum volumus, solvamus omnem harmoniam, quasi concertum quemdam honorum operum, ait S. Aubroſ. lib. 1. de officiis. c. 29. (Vid. N. 283.)

Per delectum, vno peccatur, cum quis ex animi auiditate seu moroſitate omnem honestam animi recreationem sibi necessariam, repudiat, vel in aliis impedire conatur.

VI. Circumſpectio est virtus, que sermones moderatur secundum reſtam, rationem & legem divinam, in ut non loquamur nisi quando, ubi, quae, quibus & quomodo oportet. Est valde necessaria, quia ex ejus defectu innumera admittuntur peccata, nam lingua ignis est, universitas iniquitatis. Jac. 3.

A. P. P. E. N. D. I. X.

De Jejunio Ecclesiastico.

Quaest. I. Quomodo ad illud requiruntur?

Resp. 1. Tri. Abſtinentia a carnalibus, atque etiam ab ovis, & lacticiis; nam haec sunt etiam prohibita jure communi, eo quod ex carne originem ducant, & melius nutriant, can. 6. dist. 3. ex S. Gregor. ibi: Par est, ut quibus diebus a carne animalium abſtinemus, ab omnibus quoque, quae ſententiam carnis trahunt originem, jejunemus, a lacte, radice, caſeo, & ovis. Hinc Alexander VII. damnavit hanc propositionem; Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova & lacticia in quadragesima obliget. Verum hac in re ſpectanda est: cuiusque regionis legitima consuetudo; nam quibusdam in locis esse ovorum & lacticiniorum omnibus jejuniorum diebus prohibetur, in pluribus vero solum in quadragesima: imo dicunt in quibusdam, ut in Germania, ne in quadragesima quidem. S. Th. 2. 2. qu. 147. art. 6. ad 3. ait: In jejunio quadragesimali interdicitur uniceverſaliter etiam ova & lacticia. Circa quorum abſtinentiam in aliis jejuniiis diverſae consuetudines exiſtunt apud diverſos, quos quisque obſervare debet secundum morem eorum, inter quos conſervatur.

2. Abſtinentia a pluribus reſectionibus, ita ut interea ſpatium diei naturalis nonnisi ſemel corpus reſiciatur. Sic enim Ecclesia vult per jejunium corpus caſtigari, & concupiscentiam coerceri, ut tamen natura ipsa non reſtiteret leſatur: multum autem leſetur, si non reſectio non permittitur, & corpus non caſtigetur, nec concupiscentia ſatis coerceretur, ſi permittitur nec diu. Haec reſectio debet esse continua, aliquo non eſſe una, sed repetita.

Si quis tamen ob urgenti necessitate caſus ab illa nonnisi ſufficienter ſumpta diſcedat potest conſecto negotio ad caſum redire, eamque perſecare: quia ſpectatum, qui ante manducavit. Ergo ex mente Ecclesiae tempus reſectionis lego vel consuetudine univerſali ſtatutum, eſt conditio pertinet ad ſubſtantiam precepti, vel ad modum ſubſtantialem illius. Nam eſt in anticipatione horae diſceſſum ſit ab inſtituto veteris Ecclesiae, non tamen in eo quod certa hora ſervetur, quam non licet comendo prevenerit. 3. Ex S. Th. in 4. dist. 15. qu. 4. art. 4. qu. 3. Illud jejunium ſubſiſt, qui Ecclesiae determinationem non ſervat. Unde cum Ecclesiae inſtituerit certum tempus comedendi jejunioribus, qui nimis notabiliter anticipat, jejunium ſubſiſt. 4. Quia tunc violatur preceptum in re morali, & quae multum pertinet ad rationem jejunii ecclesiastici, ſubſiſt. Porro juxta multos nulla eſt culpa, ſi ob iuſtam cauſam qualis eſt iter neceſſarium faciendum, tempus illud notabiliter anteveratur, eo quod id uti receptum ſit apud doctos & probos, & faciliſſis excuſatio in hoc locum habeat, quam in aliis ad jejunium reſectis, cum reſectionis tempus ad finem jejunii minus conducit.

Quaest. II. An preceptum jejunii per se obligat sub mortali?

Resp. Affirm. Conſtat 1. Ex SS. Patribus, Baſilio, orat. 11. de jejunio, Greg. Nazianz. epist. 74. Hieron. ep. 54. Cyrillo Alexandrino, hom. 1. Palchali, & aliis; ex variis Conciliis, & ex conſentia Doctorum, & ſedulium. 2. Quia res precepta capax eſt graviſſae obligationis (cum ſit opus virtutis in ſingulare grave) & ab Ecclesia absolute praecipitur. Praecepta autem obligant pro gravitate materiae, ſcientiam dum ſuperior expreſſe non declarat ſe velle tantum leviter obligare. 3. Alexander VII. damnavit hanc propositionem: Praeceptum jejunii Ecclesiae ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta quia non vult ſe ſubſicere precepto.

Hinc peccat mortaliter, 1. Qui die jejunii, vel abſtinentie carnes comedit, ſine neceſſitate tamen; niſi excuſat a mortali materiae parvitas, quae commuiter admittitur, eo quod prohibentur carnes prout nutritivae, seu reſective virium; ad parvam carnis partem nutrit; ergo etiam parum, & ſub parva culpa, & non graviter prohibetur. Haec tamen parvitas diſtincte conſtitui poſſet. 2. Qui veſcitur ovis aut lacticiis, niſi permiſſa ſint ab Episcopo, vel legitima conſuetudine. 3. Qui aliquod notable extra unam reſectionem, & colatunculam comedit etiam interruptum.

An autem mortale sit tempus reſectionis notabiliter anticipare sine iuſta cauſa?

Controvertitur. Layman caſtet olim quidem notabilem anticipationem ſuade mortalem, nunc vero ſpectata hoſtiam Ecclesiae conſuetudine eſſe ſolam venialem. Sed Covarruvias, Navarrus, Sanchez, Comitolas, Azor, Reginaldus, & alii docent, etiam nunc eſſe mortalem, & probant, 1. Ex ſenſu fidelium, & ex iure jejunii, 2. Ex cap. Solevit, de conſecr. dist. 1. Nullatenus jejunare credendi ſunt, si ante manducaverint, quam veſperinum celebraverint. Et ex Conc. Rothom. an. 1502. c. 22.

Nu.

Nihil in quadragesima praedat, antequam, bona nona peracta, veſperina incipiat. Non enim jejunat, qui ante manducavit. Ergo ex mente Ecclesiae tempus reſectionis lego vel consuetudine univerſali ſtatutum, eſt conditio pertinet ad ſubſtantiam precepti, vel ad modum ſubſtantialem illius. Nam eſt in anticipatione horae diſceſſum ſit ab inſtituto veteris Ecclesiae, non tamen in eo quod certa hora ſervetur, quam non licet comendo prevenerit. 3. Ex S. Th. in 4. dist. 15. qu. 4. art. 4. qu. 3. Illud jejunium ſubſiſt, qui Ecclesiae determinationem non ſervat. Unde cum Ecclesiae inſtituerit certum tempus comedendi jejunioribus, qui nimis notabiliter anticipat, jejunium ſubſiſt. 4. Quia tunc violatur preceptum in re morali, & quae multum pertinet ad rationem jejunii ecclesiastici, ſubſiſt. Porro juxta multos nulla eſt culpa, ſi ob iuſtam cauſam qualis eſt iter neceſſarium faciendum, tempus illud notabiliter anteveratur, eo quod id uti receptum ſit apud doctos & probos, & faciliſſis excuſatio in hoc locum habeat, quam in aliis ad jejunium reſectis, cum reſectionis tempus ad finem jejunii minus conducit.

Quaest. III. Quid dicendum de Cenula, seu Colatuncula?

Resp. 1. Haec conſuetudine inducitur eſt, & ab Ecclesia tolerata, ideoque ex probata piorum ac timoratorum conſuetudine in qualiter regione, ſcientibus, & annuſibus Ecclesiae Praelatis, determinanda eſt, ſecundum quantitatem & qualitatem ciborum. De quantitate id univerſim dici poſſet, eam debere eſſe valde modicam, ne cenula convertatur in cenam; juxta multos non debere eſſe eamdem pro omnibus & ubique, ſed diverſam pro diverſitate complexionum, laborum, & regionum, quarum aliae calidiores ſunt: unde ſit ut alii minore cibo quam alii indignant. In variis locis conſuetudo plus permittit in Vigilia Nativitatis, & in Cena Domini, quam aliis diebus. Quoad qualitatem prohibetur ſi cibi, qui valde nutriunt, qualiſſima ſunt ova, piſces, legumina cocta; ignis enim coctio materiam nutritioni aptiorem efficit, ut proinde corruptela ſit, inquit Azor, ſi ſumatur legumina & piſces. Nam cum lex jejunium reſectionem permittit, inducitur ſit conſuetudine cenulae, in hac ſi ſolum ovis licet uti, qui iſta conſuetudine ſunt approbati, quales ſunt lepores, ut fruſtus, & pro more regionis parum caſei. Licet tamen ſumere juſculum ex leguminibus coctis ob neceſſitatem, ita ut habeat rationem medicinae poſtquam quam cibi: nam ex S. Th. medicinae aſſumptio non ſolvit jejunium.

Resp. 2. Non licet cenulam ſumere mane ante meridiem: quia Ecclesia praecipit & canones praefcribunt, ut nil ſumatur in cibum ante horam conſuetam, qui circumter meridiem eſt. Imo non licet cenulam ſumere etiam circa meridiem, dilata ad veſperam cena, niſi juſta cauſa ſubſiſtat, ut ratione negotiorum pro diei gerendorum, hoſpitiu, itinere; vel ſi quis aſter non poſſet noctu dormire. Ita Navarrus, Azor, Leſius, Layman, dicent hanc eſſe communem ſententiam. Quia conſuetudo cenulam permittens habet, ut nocte tantum ſumatur, niſi addit juſta cauſa excuſans: quae tamen ſi abſit, juxta multos eſt ſolum veniale; quia non violatur jejunium quod ſubſtantiam, ſed ſolum variatur ejus circumſtantia non ſubſtantiaſi.

Quaest. IV. An qui ex juſta cauſa diſpenſatus eſt in abſtinentia carnis, hoc ipſo liberatur abſtinentia ab altera reſectione?

Resp. Neg. Quia 1. ſiſte duae abſtinentiae, quae lex jejunii praefcribit, ſunt a ſe invicem ſeparabiles, & ſortim conducunt ad finem precepti, videlicet macerationem carnis, & cauſa diſpenſationis ſufficiens pro una non ſemper ſufficit pro duabus. Cum autem lex plures obligationes dividuas continet, qui unam exequi nequit, tenetur ad aliam, ſi poſſit. 2. Papa Romae, & Episcopi in variis diocibus cum diſpenſantur in abſtinentia carnis ob cauſam pro ea ſola ſufficientem, declarant ſe non diſpenſare in abſtinentia a pluribus reſectionibus, ſed ejus obligationem reſiſtere. Et dicitur extare authentica de hoc Clem. XI. declaratio.

Licet Clemens XI. promulgato per Cardinalem Vicarium Edicto, declaraverit, quadrageſimali recurrente jejunio, eos, quibus carnis uſus juſta de cauſa permittitur, jejunii legem obſervare debere: tamen plures diſpenſes in contraria ſententia, & exorta hae de re in variis Lombardiae partibus controverſia circa an. 1736. plura pro utraque opinione edita fuerit volumina. Bartholomaeus Caſali, Petrus Copellotti, P. Benediſtus Maria Brignole, & Sebaſtianus Pauli, ſub nomine Apoſtoli Auguſti, utique Congregationis Sacri Dei, ſuſtinent, ſi, quibus uſus carnis conceditur, jejunandum non eſt: contra vero Alexander Mantegazzi, Antonius Theodorius Carbonara, Ludovicus Antonius Muratori, P. Daniel Concina Ordo Praeceptorum, aliique propugnaverunt, eos quoque jejunii legem obſervare oportere; quibus juſta de cauſa ſalubrium carnis uſus conceditur. At S. M. Benediſtus XIV. exiſtimo, quod poſſet reſtaurandae diſcipline, corrigendorumque abuſum ſtudio, non ſolum ſites finivit, ſed etiam dubia, quae paſſim occurrere ſolebant, explicavit; regulas pro reſtauranda, ac ſarta teſta ſervanda jejunii diſciplina conſtituit, ac methodum in diſpenſationibus ſervandam praefcripſit.

Anno 1741. Epitola ad omnes Catholicos Episcopos data, ad tollendos abuſus adveſtus jejunii Quadrageſimalis obſervantiam invecos; haec Episcopis inculcat: Debitum igitur Paternae univerſitatisque ſolam ſeſultitatis, & caritatis officium iure cogitatur, ut omnibus notum faciat, & annuntiet, nemini quidem ſine legitima cauſa, & de univerſis medici conſilio, multitudini vero, veluti populo auſcultat, aut genti indifferenciam intere, nonnisi graviffima, & urgente neceſſitate, & in caſibus per Sacra Canonum ſtatuta praefcriptis, cum debita Apoſtolice buſus S. Sedis reverentia, a Quadrageſimali Jejunio diſpenſationem, toties, quoties abuſuſuerit, concedendam, nec audaſter ſiderentur uſurpandam, nec ſuperbe & arroganter ab Eccleſia ſicut alibi in more poſitum eſſe acceptum, eſſe poſſunt. Graviffimam vero urgentem neceſſitatem eſt non eſſe cur vobis explicemus: nolimus tamen vos ignorare, cum buſijmodi neceſſitate, & ſervandam eſſe poſſimum unam compeſitionem, ſicut aliarum hic Romae, ac non ipſi hoc anno argentibus cauſis diſpenſantes, expreſſe praefcripſimus, & ſtatuta aique mercedis epulas promiſſae minima apponendas eſſe. Praeterea diſpenſatus non tenetur, ut alia opera jejunii loco ſubſtituant.

Anno 1741. in Epitola ad Andream Archiepiscopum.

giam.

nam Valentia ait, superiori constitutione se non suscepisse defendendum, an qui Ecclesiastica auctoritate a jejuniis excusantur, non solum vetitis cibis uti, sed etiam pariter vespertine abinentie fines egrediuntur. Præcipuum autem Episcopis, eorumque delegatis, ut nemini vescendi carnibus, autique cibis vetitis veniam tribuant, nisi sub gravi, imperata simul unica conditionis norma. Ita universale illud præceptum pro sua spectatissima vigilantiæ Grego suo indicandum jubet.

Anno vero 1744. Julii quaestiones ab Archiepiscopo Compostellæ circa jejuniis lege propofitas, in hanc modum resolvit.

I. Utrum, qua in antedictis nostris litteris in forma Brevis de unica comestione, & de epulis non permittendis, præscribitur, sub gravi etiam præcepto prohibentur?

Respondemus: Concedentes facultatem vescendi carnibus tempore vetitis, sub gravi teneri easdem facultates non aliter dare, quam geminis hisce adjectis conditionibus, videlicet unica in diem comestioni, & non permittendarum epularum. Post vero, qui hujusmodi facultatibus utuntur, sub gravi ad binas ipsas conditiones implendas obligari.

II. An si, quibus concessum est vetici carnibus, possint in vespertina refectiuncula, ea quantitate carnis vesci, que jejunantibus permittitur?

Respondemus: Non licere, sed opus habere eo ubi, eaque uti ratione, quibus utuntur homines jejunantibus recte medicinaliter comestione.

III. An qui jejuniis tempore vesici carnibus permittuntur, & unica comestione uti debeat, horam jejunantibus prescriptam servare opus habeat?

Idemque, observandum in esse.

IV. Quisnam sint epulas licite, que vetantur cum interdicitis conjungi?

Respondemus: Epulas licitas pro his, quibus permittitur, est carnes comedere, esse carnes ipsas. Epulas interdicitas esse pisces, adeoque utramque simul addideri non posse. Piscibus tamen edendis non interdicitur ut, quibus datur tantum facultas addidendi ova, & lactinia.

V. An præceptum de utroque epularum genere non miscendo dies quoque Dominicæ Quadragesimales complectatur?

Affirmatur, completi.

VI. Utrum hæc lex ad eos quoque pertineat, qui Bulla Cruciatæ edere possunt ova, & lactinia?

Rescribimus: Nihil in prænuñciatis nostris Apostolicis litteris statutum esse, quod respiciat gratiosam Cruciatæ Diplomata. Quare qui eo gaudent, illius tenorem servare, & considerate perpendant, ex quoque sententia se gerant. Caveant autem, ne inani quæpiam excusatione sese solutos esse arbitrentur præscriptis sibi legibus.

VII. Utrum memorata duo præcepta urgent extra Quadragesimam?

Respondetur: Urgere extra Quadragesimam utrumque præceptum: illud, scilicet unica comestione cum reliquis legibus in secundo, & tertio ad hæc potestate responsis expressis. Et alterum non permittendi epulas licitas, cum interdicitis, ut in quarto potestate definitum est.

Anno 1745. die 10. Junii Epistola, que est ad universos Episcopos, plura Ecclesiæ Pastoribus inculcat, pro jejuniis disciplina conservanda, & retinenda

granda, circa dispensationes generales nonnulli iustis de causa petendas, & concedendas. Vide tom. 1. Bull. pag. 523.

Quæst. V. An toties quis peccat mortaliter, quoties die jejuniis sumis refectiorem iteratam?

Resp. Non pauci affirmant. Quia s. iuxta omnes, toties quis peccat, quoties carnes comedit; quia præceptum abstinentiæ a carnibus est negativum, vetans, neullo diei tempore comedantur. At præceptum abstinentiæ a pluribus refectiombus est etiam negativum: nam non præcipit unam refectiorem, sed præcipit plures refectiões prohibet. Ergo sicut peccatur per qualvis comestiones carnium, ita & per quælibet & singulas refectiões ultra unam: præcepta enim negativa violantur non solum per primum & secundum actum, sed etiam per quoscunque alios sequentes. 2. Quando vetatur aliquid solum quam temel uno eodemque tempore fieri, non solum prohibetur fieri bis, sed etiam ter, quater &c. Sic, cum lex vetat, ne fidelis sæpius quam semel eodem die communice, aut sæpius in vita baptizetur, non solum secundo, sed etiam tertio & quarto aliquid violatur præceptum. 3. Mortificatio carnis, que est sumis legis, ad hæc aliquæ obtineri potest per omissionem alterius refectiõnis: nam si quis mane & in praehædito se refecerit, adhuc notabilis est mortificatio se abstinere vesperti, uti fuisset abstinere mane, & semper subtrahitur materia complicitatis. 4. Ecclesiæ solum permittit unam refectiõnem, idque ad mortificationem carnis. Ergo prohibet omnes alias, & præter secundam refectiõnem vetatur quoque illa ulterior, que etiam repugnat mortificationi carnis.

Enimvero etiam præceptum jejuniis videtur affirmativum, quoad formam verborum, inquit: Stylus, in se tamen continet hæc negationem: Non plures comedes, aut non sumes plures refectiões.

Hinc tres refectiões sumere non licet ei, cui dædæ sufficit, & permittit solum ob infirmitatem.

Quæst. VI. An violat jejuniis qui extra refectiõnem consuetam & cenulam aliquid bibit, vel comedit?

Resp. 1. Multi docent non violari potu, etiam vini, modo non in ea quantitate bibatur, que consistat esse in fraudem jejuniis. Quia id permittit consuetudo a tempore immemoriali: nam cum potus ordinetur potius ad distributionem cibi per corpus, & refrigerium sanguinis, quam ad alendum; ideo Ecclesiæ ejus usum non vetuit. Idem dicunt de electuariis quibusdam, que parum mendum, v. gr. theæ. Sed illi id negant aut non concedunt, nisi de potu necessario ad sitim sedandam, qui nihil aut parum nutrit, & de electuariis, qui in parvissima quantitate, & cum necessitate sumuntur, ita ut sint loco medicinæ.

Circa hoc se habet S. Th. 2.2. qu. 137. art. 6. ad 2. Jejunium Ecclesiæ non solvitur nisi per ea, que Ecclesiæ interdicitur intendit instituendo jejuniis.

Non autem intendit Ecclesiæ interdicitur abinentiam potus, qui magis sumitur ad alterationem, licet aliquo modo nutrit. Et ideo licet plures jejunantibus bibere. Si autem qui immoderate potu utatur, potest peccare, & meritum jejuniis perdere: sicut etiam si immoderate cibum in una comestione assumat. Et ad 3. Electuariis etiam aliquo modo nutriant, non tamen principaliter assumuntur ad nutrimentum, sed ad digestionem ciborum.

Unde

Unde non solvitur jejuniis, sicut nec altarium medicinarum assumptio, nisi forte aliquis in fraudem electuariis in magna quantitate assumat per modum cibi.

Resp. 2. Secundum omnes violatur jejuniis, si extra hæc tempora sumatur jusculum, lac, vel similibus potio, quæ ad nutriendum principaliter ordinantur. Quia vetantur ea omnia, que per se ac principaliter ordinantur ad nutritionem, sive ea comedendo, sive bibendo, aut sorbendo bellantur: nam hæc cibi nomine veniunt, ut docet Bellarminus, lib. 2. de bonis oper. c. 2. Idem die de pomis, piris, uvis recentibus, & omnibus aliis fructibus; nam hæc & similia sumere est juxta communem sensum reversa comedere, non bibere, & ex se nutriunt. S. Antonius. Licet tamen ob necessitatem aliquid in parva quantitate sumere per modum medicinæ, quævis nutritiæ. Sic mane panisculum panis cum haustu vini fumere licet ei, qui alter hunc gravi incommodo non potest jejunare, vel functionis animi, aut muneris sua recte obire: nam id tum se habet per modum medicinæ, tum non prohibetur diebus jejuniis.

Resp. 3. Qui exiguum quid nutritivum sæpius eodem die sumit, etsi sine proposito aliquid notabile sumendi, peccat mortaliter, cum ad quantitatem notabilem scienter pervenit. Quia 2. Alexander VII. damnavit hæc propositionem: In die jejuniis qui sæpius modicum quid comedit, est notabilem quantitatem in sine comedit, non frangit jejuniis. 2. Plura illa modica constant simul magnum quantitatem, & producunt notabilem effectum, in quo utuntur, scilicet notabilem nutritionem. Nam nutritum perinde ac si magna quantitas continenter sumeretur, singula enim partes cibi, sive simul sive interrupte sumantur, addunt robur & substantiam, que roboratio manet simul post sumptas omnes partes. Hinc non licet bibere per arbitrio, & toties aliquid exiguum manducare, ne potus necet; nam sic sæpius modicum quid comedendo, pervenitur ad quantitatem notabilem, ideoque violaretur jejuniis. Quantitas autem notabilis ab aliquibus censetur, si unam & dimidium, vel duas ad summum uncias superet.

Porro non excusatur a culpa veniali, qui rogatus ab amico exiguum quid comedit ne inurbanus videatur: nam non est hæc justa ac legitima causa solvendi ex parte jejuniis; nec licet anquam peccare vel leviter. Asor & alii.

Quæst. VII. Quinam excusantur a lege Jejunii?

Nota. Certum est, omnes Christianos post 21. annum completum teneri ad jejuniis ab Ecclesiæ præceptum, nisi justa esse causa excusentur. Nam nemo qui potest, excipitur, & lex est universalis, ut constat ex sensu Ecclesiæ, & causa hujus præcepti in omnibus locum habet; nam omnes egent mortificatione carnis, & castigatione corporis ut subiciantur spiritui, & Deo satisfat pro peccatis.

Nota. Quoad abstinentiam ab altera refectiõne excusantur generatim omnes, qui sine gravi incommodo seu damno jejunare non possunt. Speciatim vero hi, 1. Egroti, infirmi, item convalescentes, quos infirmitas vel debilitas extendit, quia his non sufficit una refectiõ, sed indigent crebriore & modica. De sufficienti gravitate infirmitatis consulendus est prudens Medicus; nam ratione officii & pietatis ad ipsum

spectat hoc judicium. Quod si causa ei est dubia & incerta, auctoritate superioris opus est, quæ tunc necessaria est Juris relaxatio, ad quam Medicus vel Confessarius potestatem non habet. Asor. Qui autem ob infirmitatem non possunt jejunare omnibus diebus Quadragesimæ, debent postulare aliquos dies cujusque hebdomadæ, v. gr. posterni, vel ducus &c. tenentur illis diebus, quibus non habent justam causam non jejunandi. Nam cum singulis diebus sit affixa nova obligatio jejunandi, & hæc non tollitur nisi per justam causam, si aliquos diebus impleri possit obligatio, tunc ea urget. Qui vero dormite nequeant, nisi sumpta cena, non ideo excusantur a jejuniis, quia possunt illud servare sine gravi incommodo, v. gr. collationem circa meridiem sumendo, & integrum refectiõnem sero: nam præceptum obligans ad aliquid, simul obligat ad media saltem non valde distilla, licet non ordinaria.

2. Pregnantes, & nutrices: nam egent cibo pro se & pro fetu vel prole, & jejuniis his graviter noceret.

3. Pauperes: qui non habent quod uni justæ refectiõni sufficiat. Sed, (ut ait S. Th. q. 147. art. 4. ad 2.) Pauperes qui possunt infirmiter habere, quod eis sufficiat ad unam comestione, non excusantur propter pauperitatem a Jejunii Ecclesiæ: a quibus tamen excusari videntur illi, qui frustatis elemosinas mendicant, qui non possunt simul habere quod eis ad victum sufficiat.

4. Pauci ante annum 21. completum non obligantur ex generali Ecclesiæ consuetudine sic communiter recepta, & intellecta secundum communem Doctorum lentoniam, inquit Sanchez. Ratio est: quia cum usque ad hoc tempus communiiter crescant ac firmetur hominum corpora, egent frequenter cibo, non simul, sed pluribus vicibus sumpto, tum propter debilitatem naturæ, cum propter necessitatem augmenti, quod fit de respectu alimentis, ait S. Th. art. 4. ad 2. Nec obstat quod aliqui ante hoc tempus non indigent frequenti cibo, quia legislator attendit id, quod communitur & in pluribus accidit, ait S. Th. momenta conveniens essent adolescentibus jejunare plus vel minus secundum modum suæ ætatis, ut cum tempus obligationis adveniret, facilius eas exequantur: & præsertim ut carnis complicitatis, quibus tunc existat natura corrupta, jejunio coercentur. Immo possunt adolescentem ad jejunium obligari, ob urgentem gravem necessitatem, sive publicam, ut Jon. 3. sive privatam, ut si egeant hoc remedio ad contemendam libidinem: nam hominum commune & privatum spirituale præferri debet bono privato & corporali.

Porro qui annum 21. complet in quadragesima, tenetur reliquis diebus jejunare: etiam si unicus dies superasset, quia præceptum illud dividibiliter obligat ad singulos dies, Sanchez, & alii.

Quoad senes, quamvis aliqui putent, eos a jejunio exempti circa annum lepagagesimum; tamen ex communi sententia, teste Layman, aut saltem communiore, non est pro his certum tempus constitutum, quo a lege jejuniis sint soluti, eo quod illi citius, alii tardius viribus deficiant, cum & contra communitur crescant & firmetur homines usque ad annum 21. Quare senes non excusantur, nisi quando corporis vires deficiant, ita ut pluribus modis egent refectiõibus, alioqui grave nocuumtatum passuri. S.

res si sint multum debiles, eo modo possunt excu-
sari, sicut dicitur est de infirmis. Ratione autem se-
cretis tantum non excusantur, sed sunt fortes ad
ferendum jejunium: nec est determinata aetas ab
aliquo usque ad quos annos quis teneatur ad je-
junium, ait S. Antonin. part. 2. tit. 6. c. 2. §. 5.

5. Operarii, officines, & similes, qui ex officio
exercent opera laboriosa, ob qua sine gravi incom-
modo jejunare nequeant. Quales sunt agricola, so-
lores, vineatores, fabri lignarii & ferrarii, pictores,
& bajuli, & alii similes, quorum labor gravis est,
& corpus multum defatigat. Idque juxta multos,
quavis non sint pauperes, modo talia opera ex
officio exercent; quod, teste Sylvestro, in his con-
cessit Eugen. IV. ita ut non teneantur cessare ab
exercitio suae artis vel professionis ad jejunandum.
Porro eo die quo non laborant, ut si dies festus
superveniat in quadragesima, teneantur jejunare, nisi
alias gravi incommodo sentiant ob laborem praeci-
dentes dies, aut iudicio prudenti redderentur inepti
ad laborandum die sequenti.

Ex communi sententia non excusantur Notarii,
Scribae, Pictores, Barbatores, Sartores, Typogra-
phi, qui coeclari non tractant, sed characteres dum-
taxat componunt, Sartores, praesertim si, qui non
sunt, sed solum seclaudunt corium, & materiam prepa-
rant, famuli, & ancillae, qui non magnis in la-
boribus exercentur; & omnes quorum labor non est
gravis, nec fit cum magna agitatione, quando unum
justam refectionem sibi accommodatam habere pos-
sunt: quia illi possunt sine notabili incommodo je-
junare. Hinc Alexander VII. damnavit hanc pro-
positionem: Omnes officiales, qui in republica cor-
poraliter laborant, sunt excusati ab obligatione je-
junii, nec debent se certificare an labor sit compa-
rabilis cum jejunio. Item Professores seu Praeceptor-
es, qui mane & sero docent, non excusantur a
jejunio praecise ob suum laborem, nisi ad specia-
lem infirmitas: nam experientia constat posse eos
communiter jejunare sine gravi noxamento, quod
solum potest eos excusare. Lex autem est seculum
id, quod communitur est.

6. Qui pedibus conficiunt iter, quod in tempus
aliud a jejunio liberum nequeat commode differri;
modo spectatis omnibus, ut itineris longitudine,
viribus difficultate, laboris gravitate, itinerantis
aetate &c. non possint sine notabili incommodo
jejunare. Quare circa hoc non potest determinari
numerus leucarum, qui generatim excuset a jejunio;
nam alii plus, alii minus laboris capiunt ex via,
& viae aliae sunt difficiliiores; tempus etiam
potest augere vel minuire incommoda &c.

Dixi, pedibus quia non excusantur, qui equo vel
curru iter faciunt, nisi forte ob extraordinariam
conclusionem ac defatigationem non possint sine gra-
vi incommodo jejunare. Nam lex jejunii obligat,
quando servari potest sine notabili incommodo seu
noxamento. Hinc Alex. VII. damnavit hanc propo-
sitionem. Excusantur absolute a praecipuo jejunio omnes
illi, qui iter agunt equitando, necumque iter a-
gant, etiam si iter necessarium non sit, & etiam si
iter antea diei conficiant.

7. His causis nulli adsumt pietatem, sine opus
praesentium, & Deo gratias, impossibile moraliter
cum jejunio, ut sunt opera misericordiae cum
corporalia, tum spiritualia, & etiam religionis, que

quis jejunando non possit exercere, nec in tempus
aliud differre, si exerceatur ex officio, vel obedi-
entia, vel ob necessitatem proximi, non quia (ut
ait S. Th. 2. 2. q. 247. art. 4. ad 3.) Non videtur
fuisse intentio Ecclesiae statuentis jejunia, ut per
hoc impediret alias pias & magis necessarias cau-
sas. Nam cum Ecclesia praecipiat jejunium ut pro-
motivum ad bonum, non intendit obligare ad il-
lud prout impedimentum est majoris boni. Sic Ec-
clesiae diebus festis judicialium strepitum verat, nisi
necessitas urgeat, vel pietas suadeat, ait Gregor.
IX. cap. ult. de Feriis.

Observa 1. Nemo ab abstinentia carnis liberatur
praecise ob aetatem, & laborem gravem, sed ad
hoc requiritur morbus vel infirmitas major, & specia-
lis. Quia abstinentia a carnibus rarius potest
gravi noxamento inferre, quam abstinentia ab al-
tera refectione.

2. Quavis adit gravis infirmitas, vel morbus,
adhuc petenda est licentia a superiore, nisi forte in
certis casibus ex consuetudine non petatur. Ita S.
Th. loc. cit. & Conc. Tolos. VIII. cap. 9. id exigit.
Quia rectus ordo disciplinae illi postulat: tum ut
apocatur auctoritas Ecclesiae, tum maxime ut ve-
reatur periculum seipsum discipendi, & violandi li-
centiam: nam sibi quilibet facile fingere potest adesse
causam justam exemptionis.

III. In dubio de sufficientia causae ad non je-
junandum, semper peti debet dispensatio, quia stat
pro lege possessio, & in dubio rarior pars eligitur.
Dispensare possunt cum secularibus Episcopis, vel
etiam Parochis, juxta consueque Diocesis con-
suetudinem: nam potestas dispensandi in hac lege
saepo occurrente potest ex consuetudine elice Parochi
concessa, cum bonum animarum illi postulet. Cum
regularibus vero superior localis: qui in suos pote-
statem habet quasi Episcopalem. Nam, ut ait Sanchez,
ex vi sui muneris instituitur, ut plenam spiri-
tualium subditorum curam habeat cum sufficienti ju-
risdictione ad hoc munus, quae postulat, ut Praelati
etiam locales potiantur jurisdictione Episcopali erga
illos, & sint illis loco Episcoporum cum ab Episcopis
privilegio Pontificio examintur. Consecrari au-
tem sicut & Medici possunt solum declarare obliga-
tionem jejunandi non esse, ubi illi constat: & cau-
sam dispensandi sufficientem esse, vel non esse: qui
gravior peccabunt, si imprudenter & nimia facili-
tate declarent. De consilio rationalibus Medici in-
firmis solvens Jejunium, vel comedens carnes die-
bus prohibitis non peccat, sed peccat Medicus,
si sine justa causa rationabili, vel saltem dubia
talia mandat, vel ordinat infirmis: ait S. Anto-
ninus loc. cit.

APPENDIX.

Ad usum Missionariorum.

De Orientalis Ecclesiae circa Jejunium disciplina.

DE Orientalis Ecclesiae disciplina etiam circa ex-
cellentissimam Jejunia, plura dicturum sum in tra-
ctatu de Sacris Christianorum ritibus, quem ante
tractatum de Sacramentis in genere exponi debere
ad usum Missionariorum necessarium existimavi. Hic
vero nonnulla opportunum visum est indicare, que

necessaria sunt, ut Orientales ritus Christiani sciant,
quando, & qua ratione ex Ecclesiae praepro iis sit
jejunandum.

Principio autem statuta Orientalis ex Ecclesiae
praepro teneat ad Jejunia illa, quae vel ex praescripto
antiquorum Canonum, aut ex antiqua, uli recepta,
& confirmata consuetudine observare solent: haec
caim habet vim legis, ut omnes faterentur.

Deinde ad hujusmodi lege dispensari non posse
ab Episcopis, vel Patriarchis, ut in Appendice ad
tractatum de legibus demonstravi; & ut constet
etiam ex Constit. S. M. Benedicti XIV. Deman-
datam calitus, in qua factum Cyrilli Patriarchae
Antiocheni improbat, quod in quodam Episco-
porum consilio in Monte Libano habito anno 1736.
receptam Ecclesiae Graecae disciplinam circa Je-
junia immutaverit.

Denique, non omnes Orientales convenire circa
dierum numerum, in quibus sit jejunandum, nec
circa modum. Quod quidem discrimen non novum,
sed antiquum est: ut videre est apud Thomaeum
tract. de Jejunio Ecclesiae par. cap. 29. & ut no-
tat Bassamon in fragmento a Coelestro latine redi-
tore in nox. ad lib. v. Const. Apost. cap. 39. Quam-
vis enim jejunandi consuetudinem, quae in diversis
Ecclesiis Orientalibus viget, quod notatum volo, ut
quique intelligat propria Ecclesiae consuetudinem haec
in re servari debet: his praemissis, ad particularia
descendendo, eorundem sumam ab Italo-Graecis,
his scilicet, qui in Italia, & in insulis Italiae ad-
jacentibus degunt, sed graecos ritus servant.

De his Benedicti XIV. Constit. Episcopalis, ait:
Primo, Ad observantiam jejuniorum, & vigilia-
rum Latine Ecclesiae, si tota loci illius Graecorum
communitas, vel prior Laicorum pars cum Paro-
chis, & Presbyteris conjuncta induci possit, opti-
mum est: idque absque alia Sedis Apostolicae dis-
pensatione, arbitrio Ordinariarum relinquimus La-
tinorum: non tamen ad id cegi debent, si velin-
tium suum in jejunio sequi, cum ipsi qualibet
hebdomada feria quarta, & feria sexta, ut asse-
ritur, soleant jejunare, neque privati personis fas
sit, ubi Parochiam Graecam habent, ibi, contra
proprium ritum, Latinorum more jejunia, & vigi-
lias servare: sed omnes vel graeco cum Graecis, vel
latine cum Latinis jejunare. Ubi vero propriam
Parochiam non habent, ibi libere, & licite pos-
sunt in omnibus Latinis ritibus sese conformare, sive
Latini sint, sive Presbyteri, excepto graeco ritu
qui in Missis, ac Divinis Officiis a Presbyteris est
servandus.

Secundo ait, Ubi Parochiam Graecam habent,
tolerandas est apud Graecos ejus carnis die Sab-
bati, si sine scandalo fieri poterit: in locis autem
israelitis, & inter eos tantum.

Tentio, Prohibentur tamen Graeci fasculis
Latinis cibos vestitos apponere, sive die Sabbati
quando praesatis Graecis carnes comedere licet, sive
alio quocumque tempore, quo Latini debent ab il-
lis abstinere. Latini enim famuli Graecorum, la-
tinum ritum servare tenentur.

Quarto, Item tolerandum est, ut ad jejunium eo-
dem die Sabbati in Quadragesima, excepto uno
Sabbato Sancto, ex antiqua traditione, non tenta-
tur, sed duuntaxat ad abstinentiam.

Antoine Theol. Abrol. Tom. II. P. I.

Quinto, In jejunio quoque biduanis, vel tri-
duanis, vel alias a Diocesis, vel in Jubiliis, &
Summo Pontifice Romano indicis, dies Sabbati in
eis comprehensos, vel praescriptos, in alium diem
pro Graecorum plebe ab ipsi Diocesis Apostolica
Auctoritate permittitur commutari.

Sexto, Tam Graeci in Corsica habitantibus,
quam omnibus & singulis Albanensibus, & Grae-
ci, qui in Italia, & insulis adiacentibus com-
morantur, concedit, & indulget, ut ad instar La-
tinorum, in quorum Diocesis degunt, in Qua-
dragesima quartis, & sextis feriis, & reliquis
anni jejunis, vino, oleo, & piscibus cuiusvisque
generis usi possint: atque litteras Clementis Papae
XII. confirmat, quibus Abati, & Monachi Mona-
sterii Ord. S. Basilii Magi ritus Graeci Ori-
entalis Terrae Dimidii - Justi Panormitane Diocesis
concessit, ut piscibus Languinem habentibus libere
& licite nonnullis anni Quadragesimis vesci pos-
sint, non obstantibus ritibus Graeci ordinationibus.

Nota. Praeter Quadragesimale jejunium, & absti-
nentiam, vel jejunium feriae quartae, & sextae, Ita-
lo-Graeci abstinere quoque debent a carnibus, Ischi-
dianis, & oris tribus aliis temporibus: scilicet a die
Lunae post festum SS. Trinitatis ad festum usque
Sanctorum Apollolorum Petri & Pauli exclusivis: a
prima Augusti usque ad festum Assumptionis Beatae
Mariae Virginis, & quintadecima Novembris us-
que ad Nativitatem Domini. Haec est, quae apud
Italo-Graecos consuetudo viget, ut constat ex sup-
plici libello, quo Pomplius Rodota nomine Italo-
Graecorum anno 1742. supplicavit Sanctissimum,
ut eo anno abstinentiam, quae praecedebat festum
Apollolorum ad duodecim tantum dies redigeret,
quoque stante sterilitate ciborum quadragesimalium
gratiam pro illo tantum anno obtinuit, die 18.
Aprilis 1742. Et quod spectat ad abstinentiam,
quae praecedit festum SS. Apollolorum Petri, & Pau-
li, Sac. Congreg. Supremae Inquisitionis die 7. Septem-
bris anno 1737. petente D. Rodota Archiepiscopo
Boreae, ut ipsi facultas concederetur occasionem vi-
sitationis Ecclesiarum ritus Graecorum, utique Sicili-
ae, dispensandi subditos ab hac Quadragesima, quod
maximi incommodi sit, praesertim pauperibus la-
bore manuum viventibus, monendum censuit di-
ctum Archiepiscopum per Sacram Congregationem
de Propaganda Fide, ut in visitatione curaret om-
nino tollere abusum hujus Quadragesimae obser-
vationi contrarios: ne hujusmodi abusum progressu
temporis pro consuetudine allegarentur.

At non eadem est aliorum Graecorum consuetudo.
Nam P. Goar. vir in hujusmodi rebus valde peritus,
in notis in Praeficatorum officium n. 27.
hac habet. Quamvis autem in honorem Apollolo-
rum, a Dominica post Pentecosten Sanctorum om-
nium celebrati addita, ad diem Petri & Pauli
consecratur, posterumque alium Apollolorum cuncto-
rum solemnitas communem, jejunium assumptum
observet: brevissimum tamen est, & pro festivitate
Paschalis varietate incertum, nec tam grave,
ut olei, pisciumque consuetudinem secum ferat illic-
tam. Aliud item a prima Augusti ad diem B. Vir-
ginis Assumptionis celebranda dicitur, devotissimi
licet, & affectus erga illam demonstrandi gratia
suscipiatur, non ita protrahitur tamen, & ab oculis
& casto tantum, non piscibus & oleo iustitiae.

Jejunium tandem Christi Natalis precivum, quoniam ois decemaginta Novembri incipit soletur nunc tamen frigidior Græcorum devotio ad dies septem contraxit. Balsamon, in Cotelæus referit loco supra a nobis citato, ali. *Jejunium quatuor seforum, Natalis Festi Christi, SS. Apostolorum, Transfigurationis, & Dormitionis deipare esse in sequenti azud omnes, sed ante septem quidem dies uniuscujusque herum Jejunium, amos Fiasies, Laici scilicet, & Monachi cognitur jejunare maxime salubriter: quique non ita faciunt, ab Orthodoxorum communitate alienantur.* in supra cit. Const. Demandantur. ceteris Bened. XIV. Summus Pontifex recentis jejunia Græco-Melchitis servanda, ait, *præter jejunium Quadragesimæ, quod in tota Ecclesia Paschalibus Resurrectionis Domini Festi Apostolica Institutione promittitur, smis etiam quadragesimæ dierum abstinentiæ Natalis Christi sollempnitati præcedit: tum alia quatuordecim dierum ante Festum Assumptionis beate Marie Virginis observantur: & alia demum ante Festum Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, totidem dies completens, quot a feria secunda post Octavam Pentecostes ad curvendum Apostolorum Festum intervallum.* Vides ergo diversitatem, quæ nunc viget inter Orientales circa dierum numerum, quibus jejunare solent, retroactis quoque temporibus fuisse, ex quo jure meritoque deducimus, unamquamque Ecclesiam jejunia observare oportere, quæ ex majorum consuetudine servanda esse accepit.

Differen quoque in his observare est circa jejunandi modum: Licet enim ad antepaschale jejunium quod arctius, eadem debeat esse in omnibus jejunandi ratio, ut infra demonstrabit; tamen circa alia jejunia hinc inde differunt: alii enim contenti sunt sola abstinentiâ a carne, lacte, ovis, & ovis (excipiunt tamen dies mercurii & veneris, in quibus fere omnes ab oleo quoque, & piscibus abstinere): alii jejunium protrahunt usque ad nonam tantum & alii denique pro loci consuetudine majorem vel minorem rigorem servant. Atque in his etiam derivata ex majoribus consuetudine in inoque loco tantum lex Ecclesiæ observanda est.

Venio nunc ad magnam quadragesimæ jejunium. Facile intelligere est, Græcos, alioquin Orientales in eo, non solum teneri ad unam consuetudinem, exceptis diebus Dominicis & Sabbatis, in quibus, si excipias Sabbatum Sanctum, juxta propriæ Ecclesiæ disciplinam jejunare non debent. Sed præterea abstinere quoque debere a piscibus cum sanguine præterquam cum Annunciationis, & Palmatum Festivitatibus, immo nonnullos etiam ab oleo abstinere, si non semper, saltem prima hebdomada, & feria quarta & sexta majoris hebdomadæ. Obligationem hanc tum ex his deducimus, quæ notat Gearius loco sup. citum, ex dispensatione Italo-Græcis a SS. Pontificibus concessa; tum denique ex eo, quod consuetudo hæc ubique viget, ubi ortis ex ignorantia abutibus, disciplina non est immutata.

Circa feriam quartam & sextam Bened. XIV. Constanti paulo ante citata, indistincte servari præcipit in toto tractu Patriarchatus Antiocheni laudabilem consuetudinem a majoribus derivatam, abstinendi etiam qualibet feria quarta, & sexta per annum ab eis piscium, quos alii quoque solent Populis

eiusdem Græci ritus exacte custodiant.
 Nota 1. Pisces, a quibus abstinere debent, sunt, qui sanguinem habent. Nam dum ab his abstinere, fas Orientalibus est uti squallis, ostreis, cancri, polyptibus, sepiis, & aliis hujusmodi exanimibus, quæ a piscium perfectiorum natura aliena, & cruditate, seu vititate somnium insipientibus, sicut & piscium ovium expicantur. & Jure ad solent conditi; ut notat Geor. loco sup. cit.

Nota 2. In suprascripta Constitutione Summus Pontifex facultatem concedit Patriarchæ Antiocheno, ut dum penultime cognoverit talem necessitatem in locis Libani & Anti-Libani quæ caribus & lacte cœniis veli cogatur, in singulis annis tantum, & non aliter, nec alia modo dispensationem, singulis præfatis Communitatibus concedere possit, si illa remanente etiam quoad illos generali lege de Transmittit & abstinentiis, a qua nemini licet dispensationem in genere concedere. Hac siante dispensatione locos suprascripti cœni non debent dispensari a lege præferente unam consuetudinem Jejunii tempore, juxta ea quæ ab Actore de Jejunio Latinorum diserte explicata sunt, & a Summo Pontifice Constitutionibus ibi a nobis indicatis, declarata, & definita.

Nota 3. Dubitari non potest, quin dicta Constitutio, quæ parte jubet servandos esse ritus & Jejunia Orientalis Ecclesiæ, ac tollendos abutibus, qui contra Orientalis Ecclesiæ disciplinam irreperant, Orientales omnes Græcorum ritum servandos obliget. Id manifestum fit ex eo, quod idem Summus Pontifex die 11. Maji anno 1744. Const. quæ incipit, Inter plures, decrevit, ut Monachi Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum, statuo, quo pro recta monasteriorum utriusque Provincie Lithuaniae & Poloniæ disciplina, consueverant, ut Orientalis Ecclesiæ usus, consuetudines, exercitia, Jejunia, ritus, & cœrimonie in eisdem observarentur, adderent hujusmodi verba: Juxta Episcopolum decretalem S. M. Bened. XIV. demandantur cœlitus.

Nota 4. In illis locis, in quibus contra propriam Ecclesiæ consuetudinem feria quarta, & sexta, ac nonnullis Quadragesimæ diebus a Catholicis, ritus vel Græci, vel Armeni, vel Coptici, aut alterius cuiuscunque, omittitur abstinentiâ a piscibus cum sanguine, oleo &c. quod hujusmodi abstinentiis in Romana Ecclesiâ observari non noverit, vel quod Latini nonnulli Missionarii ignorant Orientalis Ecclesiæ disciplinam, Catholicos ad hujusmodi abstinentiis non esse obligatos docuerunt, hujusmodi consuetudine pro abutibus habenda est, & argue omnino tollenda. Nam præterquam quod constat hujusmodi abutem ex imperatorum ortum ducere, Apostolica Sedes sum tempore improbativ. Patet id ex instructione cum juxta decretum approbatum a Clem. VI. & Februarii 1296. Suprem. Inquisit. Commissarius missi ad Euthimium Archiepiscopum Tyri & Sidonis, in qua improbativ. permissio facta ab hujusmodi Archiepiscopo fecerunt piscibus feria quarta & sexta, ac quadragesimæ tempore contra Ecclesiæ Græcæ consuetudinem; atque ex alio eisdem Summo Pontifice decreto 19. Januarii 1723. quod negatur Armenis ad fidem Catholicam convertis in Crimea dispensatio concedendi pisces diebus superindictatis, ac etiam aliis diebus, si qui sint, in quibus juxta propriam Ecclesiæ disciplinam abstinere debeant. Nec ab hujusmodi ab-

stinentiâ excusari possunt, quia per eam convenienter sum Hæreticis: hæc enim non est signum hæresos profectivatum, sed observatio Orientalis Ecclesiæ disciplinæ, quæ penes hæreticos viget, multo magis vigere debet apud Catholicos. Hinc in suprascripta instructione permissio facta ab Archiepiscopo illo damnatur pro scandalum, & Catholicæ nostræ fidei detractionis motivum, quod Ecclesiæ inimicis asserunt, quos non disciplinæ immutatione, sed exacta observantiâ, virtutum exemplo, atque Catholice veritatis manifestatione allicere, & ad Orthodoxam fidem amplectendam trahere debemus.

Nota 5. In locis illis, in quibus a Paschate ad Pentecostem omitti solent abstinentiis in feria quarta, & sexta, non videntur cogendi Catholici ad eas observandas. Cum enim conitet ex Thomasio alitque, antiquam esse hujusmodi consuetudinem, præsumi potest ex disciplina a majoribus recepta hujusmodi abstinentiis omittere.

Quæ sint jejunia propria Armenorum, colligitur ex dispensatione ad decemium concessa ab Innocentio XIII. 24. Januarii 1723. & ad aliud decemium propogata a Clem. XII. 25. Maji 1733. pro Armenis Leopoldi commorantibus. Ibi enim quinque jejunia recensentur, scilicet in ipsis festivitatibus Pentecostes, excepta die 1. per hebdomadam unam, & vocatur jejunium Ecclesiæ. Alterum, quo se disponant ad transfigurationem Domini per hebdomadam unam. Tertium, ad Sanctæ Crucis apparitionem in Monte Verak per hebdomadam unam. Quartum, ad S. Jacobum Nisibensem per hebdomadam unam. Quintum, ad S. Augustinum tempore baccanallorum per hebdomadam unam. In illis autem dispensationibus Summi Pontificis jejunium Quadragesimale juxta solitum & ritum Armenorum servari mandaverunt.

Maronice diebus Mercurii & Veneris abstinere tantum a carnis & lacteicis, & Quadragesimæ tempore pisces manducant. Hanc vero consuetudinem, & antiquam esse, & licitam facile consiliamus. Quippe si plura cum Latinis consiliamus habent, & ab Orientalibus reliquis diversa, ut in tractatu de ritibus indicabo.

CAPUT IV.

De Virtutibus Justitiæ annexis

Nam de Justitiâ erit Tractatus specialis.

SANCTUS THOMAS vocat Virtutes Justitiæ annexas, alii vero Justitiæ species imperfectas, quæ versantur circa aliquod debitum ad alterum, sed quod non est tam rigorosum, quam debitum Justitiæ, vel quod adeo magnum est, ut nequeat reddi ad æquivalentiam; tales sunt Religio, Pœnitentia, Pietas, Observantia, Obedientia, Gratiitudo, Affabilitas, Liberalitas, & Veritas in dicendo. De Religione fufè dictum est: de Pœnitentia fere loco; nunc de aliis.

1. Pietas sumpta pro speciali virtute, est virtus, per quam tributur debitus cultus tum parentibus tum patriæ, quæ patria aliquo modo est principium ortus, & educationem suppeditat: tum etiam aliis consanguineis ob conjunctionem, quam habent cum parentibus. Constitit hic cultus cum in honore parenti-

bus fere tempore & loco deferendo, tum obsequiis & necessariis vitæ subsidiis præstandis. Ita S. Aug. lib. 82. qu. 31.

2. Obedientia est virtus, per quam deferunt cultus, hoc est, honor & obsequium superioribus, ob eminentiam conjunctionum cum beneficio gubernationis; atque etiam alii personis virtute, sapientiâ, aut dignitate conspicuis, quatenus ratione talis perfectionis idonei sunt ad nos gubernandum, seu dirigendum, saltem exemplo suo vel consilio. Duplex est, nempe politica, quæ ob dignitatem politicam, vel excellentiam humanam; & religiosa, quæ ob dignitatem vel perfectionem supernaturalium cultus deferunt.

3. Obedientia duplex est, alia est virtus generalis, inclinans ad observandum quodvis præceptum ex quovis motivo bono: & sic obediunt perit ad quamlibet virtutem, ex cuius motivo mandatum servatur. Et opponitur inobedientia generalis, quæ est virtus generalis consistens in cuiusvis præcepti violatione, ex quovis motivo; ideoque est peccatum in re gravi, veniale in levi; & includitur in omni peccato tamquam ratio genuina.

Alia est virtus specialis inclinans subditum ad exequenda præcepta superiorum, quæ præcepta sunt. Et opponitur inobedientia formalis, quæ est violatio præcepti, quia præceptum est, unde semper mortalis est etiam in re levi: quia est contemptus præcepti, ac potestatis præcipiendi: nam nullo obediunt præcepto quia præceptum, est illud continere, & simul potestatem unde manet.

Porro obedientia minus strictè sumpta est virtus, quæ quæ voluntati superioris fere accomodat, sive præcipiat, sive non. Voluntas enim superioris, quocunque modo innotescit, est quoddam tacitum præceptum: & tanto videtur obedientiâ promptior, voluntate superioris obediendo prævenit, voluntate superioris intellecta, ita S. Th. 2. 2. qu. 129. art. 2.

4. Gratiitudo est virtus inclinans ad compendendum beneficium acceptum, quantum, & ubi relecta ratio postulat. Ejus officia sunt beneficii estimatio, benigna acceptatio, gratiarum actio, grata commemoratio, & repetio beneficii pro loco & tempore. Et opponitur ingratiitudo, quæ est peccatum, cum disconveniat naturæ rationali ut rationali, & opponitur virtuti: Ex hoc enim aliquid dicitur esse peccatum, quod virtuti contrariatur, ait S. Th. 2. 2. qu. 148. art. 2.

5. Liberalitas est virtus, quæ moderatur amorem divitiarum, & reddit nos faciles, & promptos ad eas impendendas, quantum, & quando relecta ratio dicitur. Unde ejus officium est. 1. Moderari affectum divitiarum secundum rectam rationem. 2. Est largitio: & modus debitus in ea servandus. Et opponitur per defectum avaritiâ, per excessum prodigalitati, quæ consistit in defectu conservandi, & excessu erogandi. Quamvis hæc sit sæpe venialis quatenus cum sola liberalitate pugnat; est tamen mortalis culpa, cum quis inde se reddit impotentem ad solvenda debita, ad sustentandum convalescentem familiam, ad elemosynas erogandas &c. vel ratione finis, periculi, scandalii &c.

6. Veritas in dicendo fere veracitas est virtus, quæ inclinans ad tempus loquendum conformiter mentis nostræ, unde facit ut recte unoque signis ordinem

ad mentem alteri patefaciendam, de qua Ephes. 4. Deponemus mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra. Et opponitur mendacium; circa quod Quæst. I. An omne mendacium est intrinsece malum?

Resp. (Vid. num. 17, 23, 324, 397.) Affirm. Ita omnes & Aristoteles ipse lib. 4. Ethic. c. 7. dicit mendacium per se esse malum & vituperabile.

Prob. Quia in se continet inordinatorem; nam pervertit naturalem institutionem & fidem locutionis ad hoc entibus intellectibus concessa, ut possint inter se communicare sensus suos: ac proinde per se erit communicatio sensus cum hominibus & commercio communicatione vice socialis, & equè deceptivum proximi. Ideo omne mendacium in Scriptura prohibetur. Nihil velle mentiri omne mendacium, Eccl. 7. Verbum mendaci falsus detestabitur, Prov. 23. Nolite mentiri invicem, Colos. 3. Unde Alexander II. c. 4. de usur. ait, quod Scriptura sacra prohibet pro alterius vicia mentiri.

Mendacium tamen quod nec proximum, nec honorem Dei graviter lædat, nec scandalum parit, nec est contra bonos mores, veniale est, quale est mere jocofum, vel officiosum, ut docet S. August. in Pl. 5. Nam tunc ejus inordinatio non censetur gravis. Ad mendacium perniciosum, quod graviter lædat bonum proximi, vel honorem Dei, aut grave scandalum parit, est mortale: quia graviter repugnat caritati Dei, vel proximi, vel etiam justitiæ, aut religioni. Tale est omne mendacium contra fidem, religionem, vel bonos mores, in iudicio, testimonio, juramento, contractibus, & detractioe gravi &c. Os quod mentitur, occidit animam, Sap. 1. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Pl. 5.

Idem dic de simulatione, nam est vere & proprie mendacium in facto; mendacium enim est locutio contra mentem. Per locutionem autem intelligitur adiutorium interiorum significatio, per quævis signa mentis significativa, sive sit verba, sive facta, gestus, unus sive scriptura. Nam (ut ait S. August. lib. de mendac. c. 3.) Ille mentitur qui aliud habet in animo, & aliud verbi, vel quibuslibet significationibus enuntiat. ES. Th. 2. q. 112. art. 1. ait: Ad virtutem veritatis pertinet, ut quis talium se exhibeat exteriori per signa exteriora, qualis est signa autem exteriora non solum sunt verba sed etiam facta. Sicut ergo veritatis opponitur, quod aliquis per verba exteriora aliud significet quam quod habet apud se, quod ad mendacium pertinet; ita etiam opponitur veritati, quod aliquis per aliquas signa factorum vel verum aliquid significet contrarium eius, quod in eo est: quod proprie simulatio dicitur. Unde simulatio proprie est mendacium quoadam in exteriorum signis factorum consistens. Non refert autem utrum aliquis mentiatur verbo; vel quocumque alio facto. Unde cum omne mendacium sit peccatum, consequens est etiam quod omne simulatio est peccatum. Sed q. 112. art. 3. ad 4. ait: Licet tamen veritatem occurrere prudenter sub aliqua dissimulatione, ut Augustinus dicit in lib. contra mendac. Aliud est enim verum celare, & aliud falsum significare.

Quæst. II. An aliquando licet uti æquivocatione, vel restrictione mentali?

Nota. Æquivocatio hic est vox, seu propositio

varios habens sensus, quam proferens prævidet ad audiendum accipiendam in alio sensu, quam ipse intelligit. Duplex est, alia determinabilis exterior, & late dicta, cuius scilicet sensus verus a proferente intellectus potest per se cognosci ex circumstantiis & indicibus exterioribus: alia indeterminabilis, & stricte dicta, cuius sensus a loquente intellectus non potest ulterius deprehendi.

Restrictio mentalis est propositio, cuius verba exteriora prolata falsum sensum & contrarium menti loquentis exprimit, si præcisè secundum se spectetur; sed conjuncta cum his que mente retinetur; faciunt sensum verum. Duplex est; una pure mentalis & stricte dicta, cuius sensus a loquente intellectus non potest ex circumstantiis aut indicibus exterioribus ad usum communi deprehendi, ut si quærenti an videris Petrum, respondeas non videri, subintelligendo in foro, qui tamen videris clare & sine ambiguitate veritatem detegendi, & secundum interrogantis mentem respondendi. Alio dicens, esse communionem omnium sententiam. 3. Non dicitur non adit gravis & iusta causa occultandi veritatem: quia bonum, & lex societatis humane exigit, ut clare & iuxta interrogantis mentem respondeamus, quamvis non habeat jus strictum rem illam cognoscendi, saltem dum non adit gravis & iusta causa occultandi. Que lex fundatur in ipsa natura hominis, in quantum est animal sociale. Quia homo est animal sociale, naturaliter unus homo debet alteri id, sine quo societas humana servari non potest. Non autem possent homines ad invicem convivere, nisi sibi invicem crederent tanquam sibi invicem veritatem manifestantibus. Et ideo virtus veritatis aliquo modo attendit rationem debiti, ait S. Th. 2. 2. q. 109. art. 3. ad 4.

Hinc quærenti an liceat uti æquivocatione, vel restrictione mentali, dici debet id non licere, ut constet ex propositione damnata cit. Non solum quia æquivocatio & restrictio simpliciter dicta intelliguntur ordinarie de æquivocatione indeterminabili exteriori, & de restrictione mere mentali; sed etiam quia interrogatio est indefinita, ideoque universalis. At iuxta communem sententiam non licet in casibus prædictis uti restrictione etiam non pure mentali, nec æquivocatione etiam determinabili.

Itaque potest esse locus controversiæ in caso, uti adit obligatio, vel alia gravis causa occultandi veritatem ei, qui non habet jus exigendi ejus conditionem, nec sumpsit alia via eam occultandi, & intenditur solum occultatio veritatis, non autem deceptio proximi, que tantum permittitur.

Minutè eorum aliam cum tali limitatione defendunt post S. Antonin. 1. par. tit. 12. c. 1. §. 1. & S. Raimundum lib. 1. Summ. tit. de mendac. Quia, inquit, non est non affirmatur falsum, sed verum, quamvis obcurius expressum, ita ut tamen veritas est circumstantiis extrinsecis deprehendi possit, & sic non sunt per se deceptivæ: nam verba, ut conjuncta signis, vel circumstantiis humano modo cognoscibilibus, sunt significativa rotius propositionis mentalis: unde nullam per se continent fallaciam aut deceptionem. Neque repugnant societati seu commercio humano, cum potius ad illud sint necessaria: nam aliqui nulla erit via licite servandi vitam proximi, & secretum graviter obligans, & eludendi importunitate hominum curiosè inquirentium de illis,

gii est, quoties id necessarium aut utile est ad salutem corporis, honorem, vel familiaris tuerandam, vel ad quemlibet alium virtutis actum; ita ut veritatis occultatio censetur tunc expedire, & iudicari.

Resp. 2. Certum est, non licere uti ulla æquivocatione etiam determinabili, neque restrictione etiam non pure mentali. 1. Ex intentione decipiendi proximum, seu eisaliam opinionem ingenerandi, quia hoc per se malum est: nam (ut ait Lyman) sicut veritas est mentis perfectio: ita falsitas omnis est dehonestatio, & dedecus ejusdem: alterius autem mentem ad Dei similitudinem conditam delectore velle, intrinsece malum est. Verbis uti ad fallaciam, non ad quod iustitia sunt, peccatum est, ait S. August. sup. 2. Quoties interrogans habet jus inquirendi & sciendi veritatem, ut superior, iudex &c. Nam huic juri respondet in interrogato obligatio clare & sine ambiguitate veritatem detegendi, & secundum interrogantis mentem respondendi. Alio dicens, esse communionem omnium sententiam. 3. Non dicitur non adit gravis & iusta causa occultandi veritatem: quia bonum, & lex societatis humane exigit, ut clare & iuxta interrogantis mentem respondeamus, quamvis non habeat jus strictum rem illam cognoscendi, saltem dum non adit gravis & iusta causa occultandi. Que lex fundatur in ipsa natura hominis, in quantum est animal sociale. Quia homo est animal sociale, naturaliter unus homo debet alteri id, sine quo societas humana servari non potest. Non autem possent homines ad invicem convivere, nisi sibi invicem crederent tanquam sibi invicem veritatem manifestantibus. Et ideo virtus veritatis aliquo modo attendit rationem debiti, ait S. Th. 2. 2. q. 109. art. 3. ad 4.

Hinc quærenti an liceat uti æquivocatione, vel restrictione mentali, dici debet id non licere, ut constet ex propositione damnata cit. Non solum quia æquivocatio & restrictio simpliciter dicta intelliguntur ordinarie de æquivocatione indeterminabili exteriori, & de restrictione mere mentali; sed etiam quia interrogatio est indefinita, ideoque universalis. At iuxta communem sententiam non licet in casibus prædictis uti restrictione etiam non pure mentali, nec æquivocatione etiam determinabili.

Itaque potest esse locus controversiæ in caso, uti adit obligatio, vel alia gravis causa occultandi veritatem ei, qui non habet jus exigendi ejus conditionem, nec sumpsit alia via eam occultandi, & intenditur solum occultatio veritatis, non autem deceptio proximi, que tantum permittitur.

Minutè eorum aliam cum tali limitatione defendunt post S. Antonin. 1. par. tit. 12. c. 1. §. 1. & S. Raimundum lib. 1. Summ. tit. de mendac. Quia, inquit, non est non affirmatur falsum, sed verum, quamvis obcurius expressum, ita ut tamen veritas est circumstantiis extrinsecis deprehendi possit, & sic non sunt per se deceptivæ: nam verba, ut conjuncta signis, vel circumstantiis humano modo cognoscibilibus, sunt significativa rotius propositionis mentalis: unde nullam per se continent fallaciam aut deceptionem. Neque repugnant societati seu commercio humano, cum potius ad illud sint necessaria: nam aliqui nulla erit via licite servandi vitam proximi, & secretum graviter obligans, & eludendi importunitate hominum curiosè inquirentium de illis,

que ad illos non spectant, nec esse sicre expediri, & que sine gravi damno injuncto revelari nequeunt. Admittunt, adversarios suos easdem quoad rem admittunt, sed mutato nomine appellare vel fictionem, vel figuram, vel precisionem, vel usurpationem sensus mystici, præcisi, formalis, aut ita illas definire, ut videantur intelligere solum æquivocationem non determinabilem, & restrictionem pure mentalem, vel usurpationem cum intentione decipiendi proximum.

Sed illi æquivocati & restrictionis usum absolute & indiscriminate damnant. Quia 1. Earum usus fuit incogitans Patribus, & præsertim S. August. tanquam utilis ad vitandum mendacium, aut necessarius ad occultandum in necessitate veritatem: Nam S. Doctor lib. contra mendac. cap. 19. proponit casum hominis gravi morbo periclitantis, cuius jam vires ferre non possit, si ei mortuus unicuique & carissimus filius nuntiatur, quique a se scienter vere mortuum esse querit, an vivat? Unum tamen ex tribus, Mortuus est, Vivit, Nescio, respondere potes, inquit S. August. Nam quidquid aliud dixeris, vel si taceris, nihil aliud crederet agere, quam filium mortuum esse. Si casum S. Doctor resolvit: ex illis tribus duo sunt falsa, nempe, Vivit, & Nescio, nec dici possunt nisi mentiendo. Unde id unum salva veritate, cum non obtinere quilibet incommode in re per accidens secururo, adhibere debes, respondere potes, Mortuus est. 2. Quia dicitur casus esse mendacia, & per se deceptivas proximi. 3. Quia, inquit, non est necessitas istiusmodi: nam si de re sub secreto commissa interrogaris, respondere debes interrogationem illam illicite esse, nec tibi licere quidem ad eam respondere. Reus vero non legitime interrogatus respondere debet se nihil habere, quod dicitur. Admitti, non esse absurdum, quod certis casibus nulla reter ut licita occultandi veritatem, sicut nec se defendendi contra injustum aggressorem. Prioris sententiæ patroni respondent ad 1. S. August. loqui de casu, in quo agitur de æquivocatione non determinabili exteriori, vel de restrictione pure mentali. Ad 2. negant, quia sensus totius propositionis mentalis cognosci potest vel ex usu communi, vel ex indicibus aut circumstantiis exterioribus. Ad 3. dicitur responsum illam sepe indicare veritatem occultandam; unde Deus aliam viam licitam occultandi veritatem suppeditavit.

Nota. Patriarcha & Prophetæ Angli, ipse Christus, necnon viri iusti & sancti, æquivocationibus, seu amphibologiis, & restrictionibus mentalibus usi sunt, damnavit et scandalosam & impiam. Enimvero restrictiones mentales & æquivocationes per se continent aliquid artificiosè fallacie ab ingenia fabricate alienæ, propter quod vulgo sententia Christiana simpliciter ac sinceritate abhorret: unde delectat supremam & essentiali veritatem humilissimè artificiosi uti, cuius quidem illa reddit verba loquentis nescio quomodo contemptibilia, & non parum suspecta: ac proinde loquentis auctoritatem non parum minuit. Igitur dicendum est, Christum & homines spiritu divino afflatos in his difficilioribus locis locutos fuisse figurative, mystice, parabolice, propheticè. Deus quippe potest verba a vulgari significatiōnis usu ad superiorem quandam significatiōnem transferre, ut supra transferret locutiones sacramentales, puta vitam: Ego te baptizo &c.